



## The Holy See

---

**IOANNES PAULUS PP. IILITTERAE APOSTOLICAE***PERUTILE NOBIS*TEMPLUM, DEO DICATUM

IN HONOREM SANCTORUM MARTYRUM COSMAE

ET DAMIANI IN LOCO V.D. «ALBEROBELLO»,

IN DIOECESI CONVERSANENSI-MONOPOLITANA,

**AD GRADUM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.** Ad perpetuam rei memoriam. Perutile Nobis videtur venerationem alere

ac fovere sanctorum martyrum qui «vicerunt propter sanguinem Agni» (*Apc* 12,11) quique exemplo et intercessione

cunctos Christifideles aedificant. Quandoquidem Venerabilis Frater Dominicus Padovano, Episcopus Conversanensis-

Monopolitanus ab Apostolica Sede postulavit, suum communeque cleri et populi christiani votum proferens, ut templum

Deo dicatum in honorem sanctorum martyrum Cosmae et Damiani in loco v.d. «Alberobello» Basilicae minoris titulo

ornaretur, Nos libentes eiusmodi postulationi concedimus. Audita ergo sententia Congregationis de Cultu Divino et

Disciplina Sacramentorum, potestate Nostra Apostolica per has Litteras statuimus, ut templum supra dictum, in dioecesi

Conversanensi-Monopolitana exstans, dignitate Basilicae minoris honestetur, iuribus additis et privilegiis huiusmodi

templorum propriis, servatis iis quae secundum Decretum «De titulo Basilicae minoris», die ix mensis Novembris anno

MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Quae vero statuimus, volumus nunc et in posterum firma esse, contrariis quibuslibet

non obstantibus.*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Februarii, anno MM,*

*Pontificatus Nostri altero et vicesimo.De mandato Summi Pontificis*ANGELUS card. SODANO*Loco+Sigilli**In Secret.*

*Status tab., n. 469.754* © Copyright 2000 - Libreria Editrice Vaticana

---